

聖灰星期三

紫色

今天是四旬期的開端。一般的教民（古時只公開懺悔者領受聖灰）、該自認為罪犯，已被定獻應受罪罰之死亡的。我們該向主呼求：一、激起我們一個真正懺悔的超性感覺，二、援助我們，以真實的補贖、準備我們，為能在復活節時，偕同基督復活。

祝聖聖灰

彌撒前、司祭穿上紫色披肩和領帶，
偕同輔祭到祭臺書信邊祝聖聖灰，念下列的經：

詠 68 : 17、2

對經

Exáudi nos, Dómine, quóniam
benígna est misericórdia tua:
secúndum multitudinem
miseratiónum tuárum respice nos,
Dómine. Salvum me fac, Deus:
quóniam intravérunt aquæ usque ad
ánimam meam. Glória Patri.

Deinde Sacerdos in cornu Epistolæ,
non vertens se ad populum, manibus
iunctis, dicit:

Ū. Dóminus vobíscum.

F. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, parce
pæniténtibus, propitiáre
supplicántibus: et mittere dignéris
sanctum Angelum tuum de coelis, qui
bene @dícat et sanctí @ficet hos
cíneres, ut sint remédium salúbre
óm nibus nomen sanctum tuum
humilíter implorántibus, ac
semetípsos pro consciéntia delictórum
suórum accusántibus, ante
conspéctum divínæ cleméntiæ tuæ

上主啊！因為祢的仁慈是美善的，
求祢俯聽我們。主啊！憑祢豐盛
的仁慈眷顧我們。——天主啊！
求祢救我，因為大水已到了我的
頸項。光榮歸於父……。

對經唱或念畢，司祭在書信邊接
念：

司：願主與你們同在。

眾：也與你的心靈同在。

祝文一

司：請眾祈禱。

全能永生的天主，求祢對於作補
贖的，予以寬恕，對於向祢哀禱
的，予以垂允。望祢遣發祢的聖
天使從天降來，將在此的灰燼降
+ 福，祝 + 聖，務使此灰對於謙
恭呼籲祢的聖名者，自認自訟己
罪者，以及在祢仁慈臺前痛哭自
己的過惡者，或懇切呼求祢的溫
良寬仁者，成為有神益的藥劑。
我們再求祢開恩，藉祢至聖的名

facínora sua deplorántibus, vel sereníssimam pietátem tuam suppliciter obnixéque flagitántibus: et præsta per invocatióem sanctíssimi nóminis tui; ut, quicúmque per eos aspérsi fúerint, pro redemptióne peccatórum suórum, córporis sanitátem et ánimæ tutelam percípiant. Per Christum, Dóminum nostrum. **T. Amen.**

Deus, qui non mortem, sed pæniténtiam desíderas peccatórum: fragilitátem condiciónis humánæ benigníssime réspice; et hos cíneres, quos, causa proferéndæ humilitátis atque promeréndæ véniæ, capítibus nostris impóni decérnimus, bene @dicere pro tua pietáte dignáre: ut, qui nos cínerem esse, et ob pravitátis nostræ deméritum in púlverem reversúros cognóscimus; peccatórum ómnium véniam, et præmia pæniténtibus repromíssa, misericórditer cónsequi mereámur. Per Christum, Dóminum nostrum. **T. Amen.**

Deus, qui humiliatióne flécteris, et satisfactióne placáris: aurem tuæ pietátis inclína précibus nostris; et capítibus servórum tuórum, horum cínerum aspersione contáctis, effúnde propítius grátiam tuæ benedictiónis: ut eos et spíritu compunctiónis répleas et, quæ iuste postuláverint, efficáciter tríbuas; et concéssa perpétuo stabilita et intácta manére decérnas. Per Christum, Dóminum nostrum. **T. Amen.**

呼籲、凡使抹擦了此聖灰以求免罪孽的，都能得到肉身的健康和靈魂的安寧。因我們主基督。眾：亞孟。

祝文二

天主，祢是不願罪人死亡，卻望他們悔改的。求祢至慈地垂顧人性的脆弱，依著祢的仁愛、將我們所準備撒在頭上、藉以表顯卑微，並以求得寬赦的這些灰燼，恩予降 + 福。我們自知是土，更因罪有應得、而仍將回歸於土，希望領了聖灰，堪得諸罪的赦免，及為悔改者所許下的一切賞報。因我們主基督。眾：亞孟。

祝文三

天主，祢見人發謙遜，就動慈心，見人作補贖，就息義怒。求祢傾則慈耳，聆聽我們的祈禱，並對於祢這些僕役們、頭上撒了灰燼之後，將祢降福的恩澤慨然傾下：望他們能充滿懺悔的真情，得到他們正當的所求，且能對於所求得的，長久保存，至終無損。因我們主基督。眾：亞孟。

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ninivítis, in cínere et cilício pæniténtibus, indulgéntiæ tuæ remédia præstitísti: concéde propítius; ut sic eos imitémur hábitu, quaténus véniaē prosequámur obténtu. Per Christum, Dóminum nostrum. **F. Amen.**

Postea celebrans, imposito incenso in thuribulo, ter aspergit cineres aqua benedicta et ter adolet incenso. Deinde ipsemet celebrans sibi ipsi cineres imponit in capite; quo facto, fidelibus cineres imponit.

Sacerdos, dum cineres imponit, dicit:

Memento, homo, quia pulvis es, et in púlverem revertéris.

岳 2 : 13

Immutémur habitu, in cínere et cilício: ieiunémus, et plorémus ante Dóminum: quia multum miséricors est dimíttre peccáta nostra Deus noster.

岳 2 : 17 ; 艾 13 : 17

Inter vestibulum et altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent: Parce, Dómine, parce pópulo tuo: et ne claudas ora canéntium te, Dómine.

艾 13 ; 岳 2 ; 詠 78 : 9

Emendémus in mélius, quæ ignoránter peccávimus: ne, subito præoccupáti die mortis, quærámus spátium pæniténtiæ, et inveníre non possímus. Atténde, Dómine, et miserére: quia peccávimus tibi.

祝文四

全能永在的天主，當日尼尼微人頭撒灰土，身穿苦衣，作了補贖，你就賜以寬宥，救治了他們。我們現在求你開恩，使我們也能效法他們的苦行，而同樣蒙受祢的饒赦。因我們主基督。**眾：亞孟。**

以上祝文念畢，司祭向聖灰灑聖水及獻香各三次，然後開始領受聖灰：先司祭本人，次聖職班人員，後教眾。

司祭撒搽聖灰時，念：

人哪！你當記着，你原來是土，將來還歸於土。同時唱下列的經。

對經一

我們當換衣服，帶灰塵，穿苦衣，守齋涕泣，在上主前悲號；因為我們的天主多賜恩惠，寬赦我們的諸罪。

對經二

事奉上主的諸司祭，當在廊房和祭臺之間涕泣祈禱說：上主啊！求祢開恩，寬恕祢的人民！上主啊！不要閉塞讚美祢者的口唇！

對答詞

我們當改正由於冒昧所犯的諸罪，怕未想到的死期忽然到來，我們就找做補贖的時間而勢已無暇。上主啊！求祢慈顧憐恤；因為我們曾獲罪於祢。天主，我們的救

Adiuva nos, Deus, salutaris noster: et propter honorem nominis tui, Dómine, libera nos. Atténde, Dómine, et miserére: quia peccávimus tibi. Glória Patri.

Completa cinerum impositione, Sacerdos dicit:

Ū. Dóminus vobíscum.

F. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Concéde nobis, Dómine, præsídia militíæ christiánæ sanctis inchoáre ieiúniis: ut, contra spiritáles nequítias pugnatúri, continéntiæ muniámur auxiliis. Per Christum, Dóminum nostrum. **F. Amen.**

主，為祢名的光榮，協助我們，為了祢的聖名，寬赦我們的罪過，拯救我們！上主啊！求祢慈顧憐恤；因為我們曾獲罪於祢。光榮歸於父……。上主啊！求祢慈顧憐恤；因為我們曾獲罪於祢。

聖灰領畢，司祭回到祭臺書信邊，經洗手後即念：

司：願主與你們同在。

眾：也你的心靈同在。

司：請眾祈禱。

天主，求你恩准我們，能藉著神聖的嚴齋、加入基督軍隊所開始的戰事，務使我們得有克己神工的援助，以便與惡神更奮勇地交綏。因我們主基督。眾：亞孟。

彌撒

唯獨天主能賜給我們恩寵，為能以補償的真實精神、開始封齋聖期，並能堅守至復活節之時。這個恩寵、正是今天的彌撒中、我們所呼求的（集禱經）。寬宥我們原是天主的本情：祂欲以寬宥為懷而顯示祂的仁慈（歌頌部分）。但是祂經對不悅人們僅以外表的虛榮而守齋（福音）。要知道天主是在冥冥中洞識一切的，祂決不以補贖的外表虛偽而受欺罔（書信）。因此、我們該以真心的痛悔與切實的自新、努力遵守封齋期的成規，但同時也該具有滿心的喜樂與對我們天父的謝忱，以邀祂所賜我們的慈宥。

智 11 : 24 , 25 , 27 ; 詠 56 : 2

Miseréris ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum quæ fecísti, dissímulans peccáta hóminum propter pæniténtiam et parcens illis: quia tu es Dóminus, Deus noster. Miserére mei, Deus, miserére mei: quóniam in te confídít ánima mea. Glória Patri.

進臺詠

主啊！你憐憫了眾生，不恨你所造的。你以人們的懺悔、不介意他們的罪而寬恕他們。因為你是主、我們的天主。求你憐憫我，天主，求你憐憫我，因為我的靈魂，一心向你投靠。光榮歸於父

……。

集禱經

主，求你恩賜你的信眾，對於這個莊嚴而堪敬的齋期、能以應有的熱忱來開始，並以安穩的虔心去持守。因我們主……。

書信

上主說：你們應全心歸向我，禁食，哭泣，悲哀！應撕裂的，是你們的心，而不是你們的衣服；你們應歸向上主你們的天主，因為他寬仁慈悲，遲於發怒，富於慈愛，常懊悔降災。有誰知道，也許他會轉意後悔，在這場災禍後，給你們留下祝福，好使你們能給上主你們的天主獻上素祭和奠祭。你們要在熙雍吹起號角，制定一個齋期，召開一個盛會。要召集民眾，制定一個集會。召集老人，集合幼童，甚至吃奶的嬰兒；新郎應走出他的洞房，新娘應離開她的閨房。上主的僕人——司祭，應在殿廊與祭台之間痛哭，說：「上主，求你憐恤你的百姓，不要讓你的基業遭受侮辱，使異民取笑他們！為什麼讓人在異民中說：他們的天主在那裡？」上主對自己的地域又重加妒愛，憐憫了自己的百姓。上主答覆他的百姓說：「看，我必再賜給你們五穀、酒、油，使你們得享飽飫；不再使你們在異民中遭受羞辱。」

Præsta, Dómine, fidélibus tuis: ut ieiuniórum veneránda sollémnia, et cóngrua pietáte suscípiant, et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum nostrum.

岳 2 : 12 – 19

Hæc dicit Dóminus: Convertímini ad me in toto corde vestro, in ieiúnio, et in fletu, et in planctu. Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, et convertímini ad Dóminum, Deum vestrum: quia benígnus et miséricors est, pátiens, et multæ misericórdiæ, et præstábilis super malítia. Quis scit, si convertátur, et ignóscat, et relínquat post se benedictiónem, sacrificium et libámen Dómino, Deo vestro? Cánite tuba in Sion, sanctificáte ieiúnium, vocáte coetum, congregáte pópulum, sanctificáte ecclésiám, coadunáte senes, congregáte parvulos et sugéntes úbera: egrediátur sponsus de cubíli suo, et sponsa de thálamo suo. Inter vestibulum et altare plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent: Parce, Dómine, parce pópulo tuo: et ne des hereditátem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis nátiónes. Quare dicunt in pópulis: Ubi est Deus eórum? Zelátus est Dóminus terram suam, et pepércit pópulo suo. Et respóndit Dóminus, et dixit populo suo: Ecce, ego mittam vobis fruméntum et vinum et óleum, et replebímmini eis: et non dabo vos ultra oppróbrium in géntibus: dicit Dóminus omnípotens.

詠 56 : 2 , 4

Miserére mei, Deus, miserére mei:
quóniam in te confidit ánima mea.
Misit de coelo, et liberávit me, dedit
in oppróbrium conculcántes me.

詠 102 : 10 ; 78 : 8 – 9

Dómine, non secúndum peccáta
nostra, quæ fécimus nos: neque
secúndum iniquitátes nostras retribuas
nobis. Dómine, ne memínaris
iniquitátum nostrarum antiquarum:
cito antícipent nos misericórdiæ tuæ,
quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic
genuflectitur*) Adiuva nos, Deus,
salutáris noster: et propter glóriam
nóminis tui, Dómine, libera nos: et
propítius esto peccátis nostris, propter
nomen tuum.

瑪 6 : 16 – 21

In illo témpore: Dixit Iesus discíplis
suis: Cum ieiunátis, nolíte fieri, sicut
hypócritæ, tristes. Extérminant enim
fácies suas, ut appáreant homínibus
ieiunántes. Amen, dico vobis, quia
recepérunt mercédem suam. Tu
autem, cum ieiúnas, unge caput tuum,
et fáciem tuam lava, ne videáris
homínibus ieiúnans, sed Patri tuo, qui
est in abscondito: et Pater tuus, qui
videt in abscondito, reddet tibi. Nolíte
thesaurizáre vobis thesáuros in terra:
ubi ærúgo et tinea demolítur: et ubi
fures effódiunt et furántur.
Thesaurizáte autem vobis thesáuros in
coelo: ubi neque ærúgo neque tinea
demolítur; et ubi fures non effódiunt
nec furántur. Ubi enim est thesáurus
tuus, ibi est et cor tuum.

臺階詠

天主啊！憐憫我，憐憫我！因為
我的靈魂倚恃祢。——侮辱我的
時候，願天主從天上施惠解救我。

連唱詠

主啊！求你不要按我們所犯的罪
惡，對待我們；求你不要按我們
的過犯、報復應我們。——主啊！
求祢不要追念我們過往的過犯，
而懲罰我們；願你祢的慈悲，速
來救濟我們，因為我們太荏弱。
(*此處跪下*) 天主啊！我們的救
援啊！因祢聖名的榮耀、救助我
們。因祢的聖名，解救我們，饒
恕我們的罪惡。

福音

那時候、耶穌向祂的門徒說：
「幾時你們禁食，不要如同假善
人一樣，面帶愁容；因為他們苦
喪著臉，是為叫人看出他們禁食
來。我實在告訴你們，他們已獲
得了他們的賞報。至於你，當你
禁食時，要用油抹你的頭，洗你
的臉，不要叫人看出你禁食來，
但叫你那在暗中之父看見；你的
父在暗中看見，必要報答你。」
「你們不要在地上為自己積蓄財
寶，因為在地上有蟲蛀，有銹蝕，
在地上也有賊挖洞偷竊；但該在
天上為自己積蓄財寶，因為那裡
沒有蟲蛀，沒有銹蝕，那裡也沒
有賊挖洞偷竊。因為你的財寶在
那裡，你的心也必在那裡。」

詠 29 : 2 – 3

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me: Dómine, clamávi ad te, et sanásti me.

Fac nos, quæsumus, Dómine, his munéribus offeréndis conveniénter aptári: quibus ipsíus venerábilis sacraménti celebrámus exórdium. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti iúbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

詠 1 : 2 , 3

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

Percépta nobis, Dómine, præbeant sacraménta subsídium: ut tibi grata sint nostra ieiúnia, et nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum.

奉獻詠

上主，我稱揚祢，因為祢救拔了我，祢也沒有使我的仇敵向我自誇。上主，我一向祢呼號，我主，祢便醫治了我。

密禱經

主，我們為開始封齋時期的聖禮，即將向祢舉行祭獻；求祢妥切準備我們能配合呈奉此祭。因我們主.....。

四旬期頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，以我們於肉身上所甘受的齋苦，來遏制我們的私慾，提高我們的心靈，賜給我們功德和酬報。藉著祂（基督），對於祢的尊威，諸天神予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

晝夜沈思上主法律的，必將準時結果。

領主後經

主，祈望我們所領的聖事，供予我們助力：使我們所行的齋戒，能見悅於祢，並能成為醫治我們

Orémus. Humiliáte cápita vestra Deo.
Inclinántes se, Dómine, maiestáti tuæ,
propitiátus inténde: ut, qui divíno
múnere sunt refécti, coeléstibus
semper nutriántur auxíliis.
Per Dóminum nostrum

的良藥。因我們主……。

為教民誦

請眾同禱。請大家向天主俯首！
主，求你慈顏眷顧向你尊威俯首
的人們：他們既能由你的神恩而
壯了力，求你使他們再因你的天
佑而常獲培育。因我們主……。